

opusculum, carmine quidein concinnatum,
sed rude & barbarum in vulgus dederunt. In
eo quoque C. Plinius citatur, qui vno plus ini-
nus seculo post Macrum floruit. plura vide in
Biblioth. nostra.

Aemilij Macri authoritate vtitur Plinius li-
bris 9. 10. 11. & 17.

Antonius Castor.

Nobis Herbas plerasq: omnes, inquit Plinius,
(à priscis descriptas) exceptis admodum pau-
cis, contigit contemplari scientia Antonij
Castoris, cui summa authoritas erat in ea ar-
te nostræ æuo, visendo hortulo eius, in quo
plurimas alebat, centissimum ætatis annum
excedens, nullum corporis malum exper-
tus, ac ne ætate quidein memoria aut vigore
concuassis. Citatur autem à Plini lib. 20. & se-
ptem sequentibus.

Antonius Musa Cæsaris Augusti Medicus
de herbæ Vetricæ remediis 47. libellum ad
M. Agrippam exarauit. Vide plura in Biblio-
theca nostra.

C

Caius Plinius secundus in Historia mun-
di, quæ libris 37. constat, sedecim scripsit
de stirpibus, nempe à duodecimo vsque ad vi-
gesimum septimum, variis omnino modis
de eis tractans, philosophicè, historicè, me-
dicè, rusticè, magicè, &c. In hoc opere emen-

Cc 3